



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXIX. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXVIII. DIE IANVARII.

BAR THOLOMÆVS
PEREZ COADIUT.

Hispanus
Villaregij.
1606. 28. Ian.

Castitas.

Moreific.

DO de illo verba litterarum à Prouincia Tolertana: Vir magni laboris, simplicitatis eximie, Excelluit in castitate. Rogatus enim, cum admissus est in Societatem, quo studio seculum relinqueret, respondit, quarendæ castitatis ardore. Media quibus assecutus est excellentem hanc virtutem, hæc fermè fuere: ingens sinceritas cum Superioribus, quâ nihil illis vnquam occultum esse voluit: paupertas & sui vilipendiū eximium: poenitentiae magnæ verberum, atque etiam victus. Nam fermè in agro vbi res nostras curabat, seuellâ tantum iusculi vitam aluit: assiduitas in rebus spiritualibus; nullus enim agri labor ademit illi tempus spiritualium exercitiorum.

P. IOANNAES
BOUVETUS.

Gallus
Nancij: 8.
Ian. 1943.
ætat. 78.
Soc. 60.

Vir semper sibi similis, nec vnquam aut lætitiâ effertur, vel mœrore

XXIX. DIE IANVARII.

P. GVLIELMVS
LIMBURGVS.

Germanus
Trecuiris,
1583.
Confessio.

Romæ olim à S. P. Ignatio Societati adscriptus. Hic documento est ijs, qui peccata expiant, vt id agant tanquam à Confessione mox

premi visus. Per xxv. annos quor hebdomadis (quantum per Ecclesiæ leges licuit) vnum de Beatissima Virg. Sacrum faciebat, vt feliciter Sacramentis expiatus, & nulli grauis moreretur. Et verò impetrauit. Nam eodem, qui supremus illi fuit, die Sacris mysterijs operatus est sanus. Postea vbi se in vitæ periculo repente vidit, repetitâ exomologesi, cælestique viatico ac vnctione comparatus vitam finijt nulli molestus, vt prope qui non nisi per octo horas ægrotauit. Bis eodem die Diuino epulo pastus quod sit (semel in Sacrificio, ac deinde per modum viatici) præmij instar illi fuisse dici potest, quod pluribus ante mortem anis quotidie vnam coram Sanctissimo Sacramento horam pietate eximiâ collocarit; deinde quod id videatur illi à Beatissima Virgine liberaliter impetratum quod ille Sacro quor hebdomadis de B. V. eam in rem factoenixè atque anxie per ipsos quinque & viginti annos petierat.

Mediæ
B. V.
Morr.

Vide de
Lugo de
Eucharist.
mibi pag.
49.

Euch.

morituri. Sic de illo habent litteræ: Noxas animi vt expiaret æger è cubili surrexit; prædixitque ei apud quem se expiauerat; horam illam sibi esse supremam; atque ita contigit. Mox enim, nec opinantibus socijs, in Domino conqueuit.

IACOBVS DAVTHO-
NUS NOVITIUS.P. IACOBVS
GRETSERVS.Camberij.
29. Ian. 1606

Regula.

Mors.

PVdicitæ ac legum amore tenerri-
mus à regularum Societatis lectio-
ne haud cessabat, etiam inter morbi
suprema. Illis euoluendis mortuales
manus, illis legendis claudendos mor-
te breui oculos vsque adeo auidus oc-
cupabat, vt cum fractæ iam vi morbi
manus elanguissent fractæ impares re-
gularum paginis euoluendis, Iacobus
ore ac dentibus pro supplemento vs-
sus, labijs folia molitus, libellum
voluerit, donec oculos mors clauserit,
aliàs adhuc plura lecturos.

P. SALVATOR
SVSA.Italus Bino-
næ. 29. Ian.
1619 ætat. 53
Soc. 38.

Mortif.

PLEnus morborum licet esset, nil
tamen peculiare, quo foueretur,
admittebat: ad ægros perdius & per-
nox vigilabat. Nolo comium bis quot-
hebdomadis visitabat, & sanctimonie
odore implebat, magnâ optimi nomi-
nis famâ foris, domi autem instituti
amore, particulatim in obseruandis
singulis legibus magno, atque operi-
bus contestato; se se vbique peruin-
cens, si quid arduum videretur. Quo
in genere illud obliuione obterendum
non est, quod fama non obscura cele-
brauit, illum, vt se superaret S. Ca-
tharinæ Senens. & S. Xauerij stimula-
tum exemplis, conspecto ægri hominis
cancro, sanicem, ore admoto exuisse
ac ægrum illâ sui victoriâ persanasse;
vti olim S. Franciscus Seraphicus le-
prosum osculo persanauit.

SCRibendis libris, & instruendis per
Spagos rudibus assidue addictus,
verborum ac somni parcus. Non prius
cubitum se conferebat quàm in vicino
Cœnobio aris campani sonum, quo
matutinæ preces indicabantur audiret.
Illud habet speciem admirabilitatis,
quod per quietem visus sibi fuerit
videre supplicationis pompam, in
qua quidquid Sacrorum Lipsanorum
vniuersa habet Germania circumfer-
rebat. In illa supplicatione se augu-
stissimo Sacramento refectum, & ite-
neris longinquitate lassum aiebat in-
terrogasse, quousque tandem procedendum
esset; comites itineris respon-
dissè, ducenta adhuc millia
superesse, vsque ad Caroli Magni
ædem. Et verò ipse 28. Ian. dixit se
die sequenti tali horâ moriturum,
quicquid alij aliter existimarent.
Prædictionis fidem, & visi nocturni
mysterium ipsa mors explicuit, quam
ille ipso die Caroli magni memoriâ
per Germaniam celebri oppetijt, post
ducentas horas ab eo somnio euolu-
tas. Nempe millia singula horas
singulas, ædes verò Caroli Magni
diem eius memoriâ celebrem indica-
bat. Libri eius omnis à Marckdorfen-
si (natale id Gretsero solum est) Senatu
coempti, & posterorum memoria
asseruati. Fundatoribus Collegiorum,
præter consueta Societatis IESV sacra,
quingages coronam Bmæ. DEIPAR-
RÆ persoluens parentabat: domesti-
corum vitâ functorum etiam nomina
describere, vt illos liberalitate pijs-
simâ prosequeretur; quin & amicus il-
lius quispiam è nostris eâ quâ Nea-
poli mortem obiit nocte, Ingol-
stadij P. Iacobo conspectus preces
ab

Germanus
Ingolstadij.
29 Ian. 1626
ætat. 67.
Soc. 47.

Mors.

Reliquia.

Eucharist.

Vita est vita.

Hors sunt
millia.Dies tem-
plum.Gratus
animus.

Purgat.

Italus
Mio-
29. Ian.
Soc.

Oratio.

Fides.

E. V.

Hisp.
Madr.
Ian. 1619Itiner.
Pauper.

ab eo pro suo leuamento enixè flagitauit.

P. FRANCISCVS
PALIOLA.

Zealus in
Mindanao.
29. Ian. 1643.
Societ. 16.

ORtu Nolanus, iam Sacerdos in Societatem nomen dedit. In occidentis Indias anno 1641. profectus, ibi sudauit magno charitatis, demissionis, ac auidæ ad agendum, & patiendum impigritatis exemplo, vsque ad Sancti cognomentum ore vulgi illi datum. Inter orandum duo agebat potissimum; alterum, vt quicquid ageret, diuinæ gloriæ in sacrificium daret; alterum, vt gratiam obtineret, post sudorem, sanguinem quoque fundendi. In Insula Mindanao, vbi laborabat, eo voto positus est, cum apostaram quendam sanctæ fidei reddere niteretur. Illum ad se sicariorum globo stipatum aduentare certior factus, ad supremæ luctationis gloriam in genua sese supplex composuit, & MARIANVM rosarium pro moriendi tessera manu arripuit, victimæ in modum suprema expectans. Ita mortem opperienti sicarij lato cultro, seu gladiolo, ictum primum in maxillam late

Oratio.

Fides.

B. V.

arque alè ad extrema vsque colli adegere. Franciscus IESVM & MARIAM dixit; & auersio vulnere lancea in tergo confixus, humique collapsus; iterumque lancea, & alijs truculentæ mortis instrumentis per transversaria vulnera transfuerberatus, pretiosam animam ita reddidit, vt optarat, DEO, Sacra altaribus patenâ pro disco abusi barbari, calicem quoque sputis temerare ausi, ligneam Crucifixi effigiem columnæ alligatam dirè ac sacrilegè fustibus cecidere: atque sacrificiales etiam vestes variè ludibrio habuere.

IOANNES. BAPT.
MAYR. SCHOLAST.

Hic Viennæ cum adhuc in seculo versaretur, si quem pauperem sub dio nocte reperisset, non prius quiescebat, quam urbem tamdiu circumiret, donec illi misericordiam ac tectum in domo quapiam reperiret. Inter supremos morbi dolores, Benedictus aiebat, DEVS, qui me doloribus ad suam gloriam dignatur: mitte cruce, auge dolores qui sunt ad gloriam tuam, Deus!

Germanus.
Leobij. 29.
Jan. 1635.

Charitas.

Morbus.

XXX. DIE IANVARIJ.

P. ANTONIVS
AROZIUS.

Hispanus
Madridi. 30.
Jan. 1573.

SP.N. Ignatij consanguineus. Tibure 27. Septembris anno 1540. datam Societatis à Paulo III. confirmatæ Bullam Ignatio attulit; primus post decem primos quatuor votorum professus. Româ semel in Lusitaniam, in Hispaniam sæpius pedibus & mendicato per iter cibo profectus, cum ad populum diceret Angelus di-

Itinera.

Paupertas.

cebatur. Ad eos qui animam agunt iuandos incredibili caritate valuit. Corpus nimiam, & obedientiæ fræno Româ per literas postea coercitâ, immanitate cruciavit. Beatissimæ DEIPARÆ mirè addictus, eiusdem dolentis imaginem itineris sui comitem habuit, eam S. P. Ignatius è suo sinu acceptam illi dono dedit, quam à primo conuersionis suæ die vsque ad senium in pectore amanter circumtulit, & per illam à DEO multa beneficia im-

Mortis.

B. V.

G 3 petra-